1517. die 21. 9bris          Ex ms. Bibl: Załuski:

179

180

# Sigismundus I. Rex Poloniæ Nuntijs ad Conventus Terrarum designatis

Generose fidelis dilecte. Instituimus Conventum generalem Regni pro Festo Conversionis Sancti Pauli proxime futuro Cracoviæ. Quem de more particularis in Raciąszek feria quarta proxima post festum Sanctæ Luciæ præcedet. Ad quem cognitam habentes tuam industriam et diligentiam, te Nunctium designamus, volumusq, ut illo proficiscaris, et mandata Nostra juxta instructionem nostram quam tibi mittimus, exponas. Adnitarisq omni studio, quo Nunctij cum plenaria potestate ad conventum generalem eligantur, ita exigentibus summis difficultatibus Reipublicæ. Pro gratia Nostra, qua hanc operam tibi respondemus. Datum Vilnæ die Presentationis Beatæ mariæ Virginis. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo Septimo Regni vero Nri Ao Undecimo.